



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distribvtvs

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

An, & quando Episcopus dispe[n]sare possit in matrimonij
denunciationibus. Cap. VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

loc. cit. nec in tali casu tenetur excommunicatus epistolam, aut alium ad Pontificem seu Legatum mittere, quia iura hoc non exigunt. *Nau. d. ap. 27. num. 90. vers. ad quintam Aul. de censur. & par. cap. 7. disp. 1. dub. 6. vers. secunde nota Dian. par. 5. tr. 9. ref. 6.*

Ego tamen censeo Episcopum nequaquam posse absoluere, quando potest consugi ad eum, qui priuilegium, seu potestatem habet absoluendi: tum quia in hoc casu non censemur virgines necessitas, tum etiam quia sacerdos simplex quamvis in articulo mortis constitutum possit ratione virginis necessitatis absoluere, si tamen ea cesseret, vel quia Paster ordinarius, vel ab ipso expressus haberi potest, tunc absoluere non poterit. *Saneb. de matrim. lib. 2. disp. 40. num. 8. Guatier. cod. tract. cap. 49. num. 12. & alijs apud Barbos de offic. & potest. Episc. par. 2. all. 35. num. 10. Dian. par. 8. tr. 3. ref. 79.*

S V M M A R I V M:

- 1 Referuntur casus, in quibus Ordinarius potest dispensare in matrimonij denunciationibus.
- 2 Quando Parochus possit matrimonio assistere omissis denunciationibus.
- 3 An Episcopus dispensationem negans peccat mortaliter.
- 4 Pater auertens a matrimonio filium ob notabilem disputationem, vel ob aliquam rationabilem causam, an dicatur malitiosè impedire.

- 5 Ordinarius dispensare non debet, nisi recepta informatione, an aliqua impedimenta subsint inter contrahentes.
- 6 An Vicarius Episcopi ex generali commissione possit in huiusmodi denunciationibus dispensare.
- 7 An ea, que in Consilio Tridentino committuntur Ordinariis intelligentur eisam de Vicariis generalibus.
- 8 An Episcopus, & Vicarius possint huiusmodi facultatem dispensandi a terci delegare.
- 9 An matrimonium contradictionis omissis denunciationibus invalidum.

C A P. VII.

An, & quando Episcopus dispensare possit in matrimonij denunciationibus.

Resse Episcopum dispensare in huiusmodi denunciationibus constat ex Consil. Tridentino ses. 24. de ref. matr. cap. 1. ubi id arbitrio prudentis Ordinarij relinquitur: nam si periculum esset alicuius peccati, infamiae, aut scandali, aut probabilitate timeretur, quod alter consuebat à fide data iniuste recessari, vel quod matrimonium malitiosè impediatur, potest ordinarius illas remittere. *Saneb. de matrim. lib. 3. disp. 9. Vulp. in Prax. iudic. cap. 17. num. 20.*

Idem

Idem dicendum, si coniugius in articulo mortis cum Concubina contrahere desiderat ad legitimam prolem, vel ad tollendam infamiam, vel ad tranquillitatem propriæ conscientiæ, præsertim si tales Concubinarij existimati sint diù coniugati Sot in 4. dist. 18. par. 1. ar. 2. quem refert, & sequitur Vulp. d. cap. 15. nn. 20. vbi etiam dicit, quod in tali casu solius Parochi auctoritate ex tacita Episcopi commissione possunt omitti denunciations, si Ordinarij copia haberi non potest, dummodo matrimonium celebretur coram Parrocho, & testibus iuxta formam Concilij, & ita etiam tenet Sanch. de Matrim. lib. 3. disp. 17. Zambran. de Sacram. matrim. cap. 7. dub. 3. num. 1. & 2. Marchin. de Pest. par. 6. cap. 4. num. 5. & alij apud Dian. par. 5. tr. 3. ref. 93.

³ Quare si in ijs casibus Episcopus dispensationem neget, peccaret mortaliter, quia tunc valde expedit bono publico, ac subditis talis dispensatio, nisi forte ex causa iusta maioris boni de-
negetur Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 15. num. 6. Gutier: cod. tract. cap. 57. num. 4. Barbos. de offe. & pot. Episc. par. 2. all. 32. n. 51. Vulp: in Præ. studio. cap. 15. num. 27. se-
cundus effet, si nullum publicum, aut priuatum notabile damnum sequatur: ut quando senex cum puerilla, vel duo senes contrahere volunt, & nullus est timor impedimenti; quamvis enim in his, & similibus casibus Episcopus possit dispensare, ad id ra-

men non reuetur sub pena peccati mortalitatis Sanch. d. lib. 3: disp. 9. num. 3. & seq: & disp. 10. nu. 6. Gutier. d. cap. 57. nu. 4.

Obserua tamen, quod si Pater nulla exhibita violentia, sed precibus, ac suasionibus à matrimonio auerteret filium obnotabilem disparitatem, vel a liam rationabilem causam, non diceretur malitiosè impedire; malitia enim dolus, & calumnia importat, ut d. gl. in c. fin. 9. sanè ver. malitiosè de Despōsi. Impub. in tali verò casu, nec dolus, nec calumnia interuenit sed potius pater iure suo vtitur bene consulens filio; & ideo in tali casu Episcopus sine causa dispendaret Menoch. conf. 69. n. 29. & seq. vol. 1. Cephal. conf. 421. a. n. 62. vol. 3. Riminal. conf. 691. n. 31. lib. 6. Gutier. Canon. q. q. ib. 1. c. 20. num. 9. & seq. Vulp. in Præ. iud. cap. 15. num. 20. & seq. secus effet, si Parentes minis, dolo, vi, calumnijs, aut alias iniuste matrimonium impedirent, quia tunc effet iusta causa dispensandi. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 9. nu. 10. & alij.

Cautus autem debet esse Ordinarius in dispensando ab huiusmodi denunciationibus, ut prius informationes recipiat, an aliqua impecdimenta subsint inter contraheentes, ne se exponat periculo impeditos coniungendi, ut post Paludan. obseruat Sanch. lib. 3. disp. 9. nu. 20. & in hoc satis esse informationem extra iudiciale tenent DD. quos refert, & seq: Barbos. d. all. 32. n. 27:

6 An

- 6 An verò Vicarius Episcopi ex generali commissione possit in huiusmodi denunciationibus dispensare? affirmatiuè respondeat Coninch. de Sacram. disp. 27. dub. 6. nu. 55. Cened. in Collect. ad I. s. euron: par. 2. collect. 81. nu. 5: Aized. de Precess. Episcop. Dignit. par. 2. cap. 7. num. 32: & communè dicit Paris. de Resign. Benef. lib. 3. cap. 11. num. 19. & seq. vbi etiam notat, quod ubique in Concilio Tridentino aliquid committitur ordinariis, intelligitur etiam de Vicarijs generalibus Episcoporum; vbi enim voluit Sancta Synodus Vicarium excludere, id expressit, ut in absolutione ab heresi sess. 24. de ref. cap. 6. & haec esse receptionem sententiam dicit Barbos. d. p. 2. al. 32. n. 28. & seq. Sbroz. de Vic. Episc. lib. 2. q. 201. num. 1. & seq. & alijs apud Dian. p. 3. tr. 4. ref. 23. 8. quibus adde Gutier. de matrim. c. 56. num. 13. vbi dicit, quod tam Episcopus, quam Vicarius potest huiusmodi facultatem dispendi in denunciationibus Parochio, seu alteri clero delegare.
- 9 An verò matrimonium non premissis denunciationibus contractum validum sit? Resp. affirmatiuè, nisi aliud obstat, ut declarauit Sac. Congreg. Concilij apud Farinac: dec. 18. par. 4. Divers. & diximus supra lib. 6. c. 4. num. 8.

- 1 An Episcopus possit dispensare in impedimentis, matrimonium non dirimentibus,
- 2 Quando Episcopus possit dispe- sare in voto simplici castitatis.
- 3 Quando Episcopus in impedi- mento matrimonium dirimenter dispensare possit.
- 4 An Episcopus dispensare possit cum minoribus non habentibus etatem requisitam.
- 5 Quid si militia etatem sup- pleat.
- 6 Et quid si ad etatem legitimam deficerent duo, vel tres dies. Quod dicatur etas legitimam in- mare, & in famina ad contrabé- dum matrimonium, ibidem.
- 7 Quando possit Episcopus dispe- sare in impedimentis dirimen- tibus post contractum matri- monium.
- An Commissarius Cruciate pos- sit in dictis impedimentis dispe- sare, ibidem.
- Qui habent priuilegium dispe- sandi in casibus Episcopali bus etiam matrimoniali bus, non possunt dispe sare in casibus, qui non iure ordinario, sed ratio ne urgentis necessitatis competunt Episcopo, ibidem.
- 8 An Episcopus in dictis casibus dispensare possit quoad forum externum.
- 9 An Episcopus huiusmodi facul- tam possit alteri delegare.
- 10 An Episcopus Coniugi ad fidē conuerso concedere possit licen- tiā transēndi ad secundas nuptias viuēte altero cōsuge infideli.

R III CAP.

